Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Bedae expositio in Actus apostolrum - Cod. Aug. perg. 43

Beda <Venerabilis>

[Reichenau ?], [14. Jahrh.]

Praefatio depoca Lypsin.

urn:nbn:de:bsz:31-64495

Visual Library

# INCIPIT PRAEFATIO DE APOCALYPSIN

Apocalypsis sci iohannis in qua bella et incendia intestina ecclesiae suae: dns uerbis figurisq; reuelare dignatus e. Septem mihi frater eusebi uidetur esse diuisa periochis. In quarum prima post praefationem copiosam quae ad roborandam fidem fragilium dni passiones et posteriores gloriae enumerat. Similem filio hominis ecclesia cernit indutum. Qui commemoratis his quae specialiter in septem asiae gesta uel gerenda sint ecclesiis generales totius ecclesiae luctus describit et palmas. Ubi sexto loco consul
te

subiciendos ecclesiae. iudaeos et tempestationem orbi uniuerso futuram. Seq: promisit cito esse uenturum. Septimo autem tepidam ponit laudiciam. Filius autem hominis ueniens. putas inueniet fidem in terra. In secunda autem periocha descriptis in sede di iiii animalib: et xxiiii senioribus agnum uid& apertis vii libri signati sigillis. conflictus et triumphos ecclesiae reserare futuros. Ubi iuxta consuetudinem libri istius usque ad sextum numerum ordinem custodit. et praetermisso septimo recapitulat. Ac duas narrationes quasi ordinem secutus septimo concludit, sed et ipsa recapitulatio pro locis intellegenda e. Aliquando enim ab origine passionis. Aliquando a medio tempore. Aliquando de sola ipsa nouissima pressura. aut non multo ante dicturus recapitulat. Illud tamen fixum seruat. ut a sexto recapitul&. Tertia uero periocha sub specie septem angelorum tuba canentium. uarios ecclesiae describit euentus. Quarta sub figura mulieris parientis. & draconis eam persequentis. eiusdem ecclesiae labores et uictorias aperit. et utrique militiae praemia digna rependit.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Ubi vii quoque angelorum dicta com
memorantur et facta. Et si non pa
riter ut supra. Hunc enim mystica
sollertia numerum pene ubique servat.
Cum et moris eiusdem iohannis in
evangeliis quoque et epistolis nihil
tepide et breviter dicere, quinta
enim periocha per septem angelos
vii plagis novissimis terram per
fundit, sexta cladam nationem me
retricis magnae. Id ē impietati
tatis, septima ornatum uxoris
agni sēē videlicet hierusalem de cae
lo a dō descendentis ostendit,
[illegible] vii quoque regulas tichonii viri
inter suos eruditissimi quibus ad
intellegendas scripturas studiosi
plurimum adiuvantur breviter
commemorandas putavi. Harū
i primae de dnō et eius corpore est,
quando a capite ad corpus vel a
corpore transitur ad caput; Et
tamen ab una eademque persona
non receditur, Una enim perso
na loquitur dicens. Sicut spon
so imposuit mihi mitram. et sicut
sponsam ornavit me ornamen
to. Et tamen quid horum capiti
quid corpori Id ē quid xpō quid
ecclesiae conveniat. utique in
ii tellegendum ē, ii. de dnī corpore
bipertito: vel potius de dnī corpo
re vero atque simulato. ut sco
agustino magis appellari placuit,

Dicit enim ecclesia, fusca sum et specio
sa ut tabernacula cedar. ut pelles
salomonis, Non enim ait fusca fui
et speciosa sum. sed utrumque se esse
dixit propter communionem sacra
mentorum. et propter temporariā
commixtionem intra una retia
piscium malorum et bonorum, et
tabernacula quippe cedar ad isma
helem pertinent qui non erit heres
3 cum filio liberae, iii. est de promissis
et lege quae alio modo de spū et lit
tera. vel de gratia et mandato po
test appellari, hoc agustino
magna questio magis quam re
gula quae solvendis ē questionib;
adhibenda videtur, Ipsa ē enim
quam non intellegentes pelagiani
vel condiderunt suam heresim
4 vel auxerunt, iiii. est de specie et
genere, species enim pars ē. genus
autem totum cuius ea pars ē, sicut
unaquaeque civitas pars ē totius
provinciae. et unaquaeque pro
vintia pars ē totius orbis, unde
et in notitiam vulgi verba venerunt
ista ut etiam idiotae intellegant
quid specialiter. quid generalit
In quocumque praecepto imperiali
sit constitutum, Fit hoc etiam
de hominibus sicut ea quae de sa
lomone dicuntur. excedunt eius
modum et potius ad xpm et eccle
siam cuius ille pars ē relata

darescunt. nec species semper exce
ditur. Saepe enim talia dicuntur
quae uel ei quoque uel ei fortasse
tantummodo apertissime congru
ant. sed cum ab specie transitur
ad genus quasi adhuc de specie lo
quente scriptura. ubi uigilare debet
lectoris intentio. V. ponit regulam. v
quam de temporibus nuncupat.
Potest autem ut mihi uidetur etiam
de numeris appellari. Haec tropos siue
docet uel legitimis numeris uigere dicit tropho
si nec docet aut parte totum aut toto partem,
quo loquutionis modo etiam illa de resurrectione
xpi soluitur questio. pars enim
nouissima diei quo passus est
nisi pro tota die accipiatur. Id est
adiuncta etiam nocte praeterita.
et nox in cuius parte ultima sur
rexit. nisi totus dies accipiatur.
Adiuncto scilicet inlucescente
die dominico. non possunt esse
tres dies et tres noctes. quibus se
in corde terrae praedixit futurum.
Legitimos autem numeros dicit. perfecti numeri qui significant [illegible]
quos eminentius diuina scriptura
commendat. sicut septenarium
uel denarium uel duodenarium
quibus plerumque uel uniuersitas
temporis. uel rei alicuius perfec
tio designetur. Sicut septies
in die laudem dixi tibi. Nihil est
aliud. quam semper laus eius
in ore meo. Tantundem autem
ualent. et cum multiplicantur si
ue per denarium sicut uel septuaginta LXX et DCC.
Unde possunt. et LXX anni hieremi
ae pro uniuerso tempore spiritali
ter accipi quo est apud alienos
ecclesia. siue per se ipsos. sicut X p X.
centum. sicut XII. per XII. CXLIIII.
quo numero significatur uniuersi
tas scorum in apocalypsi. sextam 6
regulam tyconius recapitulatio
nem uocat. Sic enim dicuntur
in scripturis quaedam quasi se
quantur in ordine temporis uel
rerum continuatione narrentur.
Cum ad propria quae praetermis
sa sunt latenter narratio reuo
cetur. sicut in genesi quod dicitur.
Isti filii noe in tribubus et linguis
suis ab his diuisae sunt insulae
gentium super terram. Et postea
Erat autem omnis terra labii uni
us et sermonum eorundem. Ita
dictum uidetur tamquam eo
iam tempore quo dispersi sunt.
Una fuerit omnibus lingua cum
potius recapitulando latenter
adiungeret. qualiter sint linguae
diuisae. VII. eiusdem regula est 7
de diabolo. et eius corpore.
Aliquando enim in diabolum
dicitur. quod non in ipso sed in eius
corpore possit agnosci. sicut dns
beato iob. eiusdem hostis fraudes
et uires exponens. inter alia dicit.

Numquid ad te p̄ces multiplicabit
aut loquetur tibi mollia· Non enī
ipse diabolus legitur ul' paeni
tentiam acturus. sed corpus ipsi
us quod damnatum in fine dictu
rum sit: dn̄e dn̄e aperi nobis· haec
igitur regula. non in apocalypsi
tantum· id ē· reuelatione sc̄i iohan
nis apostoli. quam idem tyconius
uiuaciter intellexit. et ueredica
satisq: catholicae disseruit praeter
ea dumtaxat· loca in quibus suae
partis· id ē· donatistarum scis
ma defendere nisus persecutio
nes quas ipsi religioso ualenti
no principe uidelicet pertulerunt.
ut heretici ecclesiis eorum et
plebibus domibusq: et possessio
nibus sub catholicorum manu
contraditis· et sacerdotibus exi
lio retrusis deflet et martyria
uocans. haec in eadem gloria
tum apocalypsi fuisse praedictas.
Uerum in omni quoq: scriptura
canonica· et praecipue prophe
tica easdem uigere· regulas quisq:
uigilanter intenderit inueniet·
cuius quidem auctoris. et nos
in hoc opere secuti· nonnulla
quae extrinsecus posuit breui
andi causa omisimus. Plura
uero quae ille ut pote uiro inge
nioso. et qui sicut de eo dictum
est uelut rosa in spinis effloruit·
aperta nec quaesitu digna uideban
tur: quantum uel magistrorum
traditione uel memoria lectionis
uel etiam captu nostri sensus attin
gere potuimus. superadicere
curauimus. Nam et hoc in prae
ceptis habemus. ut percepta talen
ta cum usuris referamus ad dn̄m.
Cumque opus memoratum in
tres libellos relegendae mentis
gratia findi placuisset. Nescio
quo enim modo ut beatus agus
tinus ait. Ita libri termino
reficitur lectoris intentio sicut
labor uiatoris hospitio. nihilho
minus tamen ut facilior quaerenti
bus inuentio redderetur eadem ca
pitulorum intemerata series iux
ta quod in ipso libello quondam
praepositis breuibus distinxera
per omnia uidebatur. ēē seruan
da. Nostrae siquidem. id ē an
glorum gentis inertiae consulen
dum ratus quae et non dudum lon
ge. id ē temporibus beati grego
rii papę semen accepit fidei
et idem quantum ad lectionem
tepide satis excoluit. Non solū
delucidare sensus. uerum senten
tias quoque stringere disposui.
nam aperta magis breuitas quam
disputatio prolixa memoriae
solet infigi. Opto in xp̄o ualeas
dilectissime frater. Baedanq:

tui semper memor esse digneris.

## EXPLICIT PRAEFATIO.

## VERSICULI BEDAN.

Exsul ab humano dum pellitur
orbe iohannes. Et uetitus
choici est quaerere regna soli.
Intrat ouans caeli domino dilec
tus in aulam. Regis et electi thro
ni gaudet adesse choris. hinc
ubi subiectum sacra lumine uer
git in orbem. Currere fluctiua
gis cernit ubique rotas. Et babel
ac solimam mixtis confligere
castris. hincque atque hinc uicibus
tela fugamque capi. Sed mitem
sequitur miles qui candidus ag
num. Cum duce percipiet regna
beata polo. Squameus ast anguis
per tartara caeca mani plos
Submerget flammis peste fa
meque suos. huius quae facies
stadiumue ordoue duelli.
Arsque quaeue phalanx palma
uel arma forent. Pandere
dum cuperem ueterum sata clata
peragrans. Excerpsi campis ger
mina pauca sacris. Copia nepoti
or generet fastidia mensis.
Conuiuam cui tenuem tanta parare
uetet. Nostra tuis ergo sapiant
si fercula labris. Donanti lau
des da super astra domino. Sin alias
animos tamen amplexatus
amicos. quae cano corripiens pu
mice frange fero.